

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 2: De aliis peccatis Caput 2: De presumptione (4)

Iohannes Crisostomus:

Non sunt discutienda opera sive iudicia dei,
quid fecit et qualiter fecit.

Non enim creavit te deus ad suam discussionem,
sed ad suum honorem,
non voluit te esse iudicem actuum suorum,
sed servum preceptorum.

Ita et tu numquam discutias consilia Dei,
in operibus ejus quid fecit, aut qua ratione sic fecit:
sed quomodocumque sic voluit rem suam ordinare,
gratias agens sufficiat tibi ad testimonium ipsa Dei natura;
quia Deus sine ratione et sine justitia nihil facit.

Non enim ad discussionem suam,
sed ad honorem suum creavit te.
Nec iudicem te esse voluit actuum suorum,
sed servum praeceptorum suorum.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaenum*, 28
(PG 56, col.777).